

venit in candida veste apparuit.
 Et ideo nitus colorem candidum
 apposuit. Iohannes apertus agit
 de christi diuinitate que est aurea.
 Juxta illud **Capitulum** quinto. Caput
 eius auro optimo. Caput autem
 christi deus est: ut habetur pri.
Corinth. sexto. Ideo apposuit ibi co
 lorem aureum. Septimo describit
 eam quantum ad ventum quo im
 pellitur cum flante spiritu sancto
 dicit. Spiritus tuus bonus de du
 cet me in terram rectam cetera. De
 isto vento spiritus dicitur in **Reg.**
 xix. Ecce deus transiens a spiritus
 grandis et fortis subuertens mo
 res et petras. Non in spiritu domi
 ni et post spiritum commotionem. Non in
 commotione dominum. et post commo
 tionem ignis. Non in igne dominus: et
 post ignem sibilus aure tenuis: et
 ibi dominus. Est enim quidam spiritus ma
 lus qui preest superbie. scilicet lucifer. Et
 iste est de quo dicitur. Spiritus gra
 dis et fortis. Alius est qui preest
 auaritie. scilicet mamona. Et iste est de
 quo subditur. Et post spiritum commo
 tionem. scilicet terrenorum. Et alius qui preest
 carnali concupiscentie. scilicet almodus.
 Et iste est de quo dicitur. Et post commo
 tionem. scilicet ignis concupiscentie. Vt abo
 luit autem primo mentem occupat per
 superbia. Deinde illaqueat per super
 biam et auaritia. tandem ipsam infla
 mat per malam concupiscentiam. Ha
 bet igitur naues suas. Vna est na
 uis superborum que ducit a lucifero.
 Alia auarorum que ducitur a mam

mona. **Te**nia luxuriosorum que du
 citur ab almodus. In nulla istarum
 est deus: sed habet nauem humilium.
 pauperum et mundorum que ducit a spi
 ritu sancto que est sibilus aure tenuis.
 Ipse enim delectat cum sit sibilus
 et refrigerat cum sit aura: et tran
 quillat cum sit tenuis. **Quod** dicitur
 describit quantum ad portum para
 disii ad quem deducit cum dicitur.
Ad portum paradisi securitate que
 tis eterne ducit. In portu nauis
 sunt securi a ventis et piratis: sicut
 que a laboribus pristinis. sicut opu
 lenti ex mercibus deputatis. **Vn**
 portus a portatis mercibus nomen
 accepit. Sed illi qui sunt in portu
 celestis patrie sicut securi a temptati
 onibus hostibus: quieti a laboribus
 pristinis et opulenti ex mercibus
 bonis. **Psalmus** xxxij. Sedebit popu
 lus meus in plenitudine pacis. Ecce
 que quieti in tabernaculis fiducia.
 Ecce que securi. Et in requie opulen
 ti. Ecce que opulenti.

Sicut tursermo te rti eiusde.

Ascendente ihesu in nauem
 culam. securi sicut eius disci
 puli eius et cetera. **Secundum**
 autem beatum **Dionysium** super
Mattheum. Quotiens cumque domi
 num nostrum ihesum christum tur
 ba premebat ipse tamen refugia
 habebat. scilicet deserta. montes
 et etiam nauem. De isto autem re
 fugio deserti dicit **Matthei** sexto.